MORTILOGIUM SANCTORUM

Salzburg (?), 1. Hälfte 15. Jh. Seite 73v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8138
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

September

beate Eugenie virginis. Qui cum ab heleno episcopo baptizati
essent aliquanto tempore divinis eloquiis eruditionibus vacan
tes in servorum dei misterio humilitate vestiti sunt
et hec apud egiptum inde cum beata virgine Roma venissent
sub Galliено imperatore et cum essent christiani deprehensi
coguntur sacrificare. Sed non consencientes durissime ver
berabantur. Qui cum deo fidem servantes gaudentes
pro christo decollantur. Item passio sanctorum Felicis et Regule sororis
quorum inquisitores crudelitate perculsi sunt. Donec ipsi
se mutuo complacerent et arctarent ad mortem. Propter
hoc ipsis captivis non carcer nec rota nec sartago nec
plumbum infusum prevaluit. Tandem decollantur. Qui de
collati vero capita sua ad locum sepulture XL cubitorum
spacio propriis brachiis detulerunt.
244 C ia [illegible] Apud urbem Ticinum que et Papia dicitur. Natale sanctorum confessorum
Siri et Iuvencii qui a beato Hermagore aquilegiensi
pontifice discipulo sancti Marci ewangeliste ad prefatam urbem
directi primi illic Christi ewangelium predicantes et magnis
virtutibus ac miraculis coruscantes. Et in vicinas
urbes veronensem scilicet et Brixiensem et laudensem
divinis operibus illustrarent. Sicque in pontificali honore
fundata et confirmata fide credencium post plurima gloriose
fine quieverunt in pace. Item in Anthiochia natale Timo
thei. Athenas natale Lupi. Lugduno depositio
sancti Sacerdotis episcopi. Augustiduno beati Eufronii episcopi.
Item passio sancte Eugenie virginis que cum Vicarius prefectus iubet
ad templum duci dyane. Ad templum statim cor
ruit cum ydolo. Et ipsa saxo in collo ligato in tiberim
dimergitur. Saxum dirrumpitur. Et virgo sedebat super
aquis. Secundo in fornacem ardentem mittitur. Ignis ex
tinguitur. Tercio sine cibo decem diebus custoditur. Ihesus
Christus ei apparuit et pane celesti pavit eam. Postea
gladio perimitur. Et via latina in suo predio sepelitur.
Sanctissime matri claudie flenti apparuit induta